



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

142. Christus pr[a]e tristitia in sanguineu[m] sudore[m] solutus, ter
Patre[m] rogat, vt sibi calix auferatur & postea lud[a]e osculo proditus
co[m]prehenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 142. *Christus præ tristitia in sanguinem sudorem solutus ter Patrem rogat, ut sibi Calix auferatur: & postea iude osculo proditus comprehenditur.*
 Matth. 26. * 137. Mar. 14. * 137. Luc. 22. * 137. Iohan. 18 * 141.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
<p>Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Geth-semani: & dixit discipulis suis, Sedete hîc donec orem. Et assumptis Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit con- tristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate mecum. Et progressus pusillam, præcidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transfer à me calix iste. Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, Sic? non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilare, & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit,</p>	<p>Et veniunt in prædium, cui nomen Geth-semani. Et ait discipulis suis, Sedete hîc donec orem. Et assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secum: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate. Et cum processisset paululum, præcidit super terram & orabat, ut si fieri posset, transfiret ab eo hora: & dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon, dormisti? non potuisti vna hora vigilare? Vigilare & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. Et iterum abiens orauit eundem ser-</p>	<p>Egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis, Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus, orabat, dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? surge, orate, ne intretis</p>	<p>HEC cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & Pontificibus & Pharisæis ministris: venit illuc cum later-</p>

b 2 in nis

S. *Matthæus.*S. *Marcus.*S. *Lucas.*S. *Iohannes.*

<p>& oravit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauari. Et relictis illis, iterum abiit: & oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue Rabbi. Et osculatus est</p>	<p>monem dicēs. Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, (erat enim oculi eorum grauari) & ignoderent ei. Et venit tertio, & ait illis, Dormite iam & requiescite, Sufficit, venit hora. ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. ecce, qui me tradet, propè est. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dedit autem traditor eius signum eis, dicens, Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite eum. Et cum venisset, statim accedens ad eum ait, Rabbi, & osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percuf-</p>	<p>in tētationē. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecederat eos, & appropinquauit Iesum, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo filium hominis tradis: Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: & am-</p>	<p>nis & facibus & ceteris. Iesus itaque scitans omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis, Quem queritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & ceteras qui tradebant eum, & abiecit eis, Ego sum: abiecitque retrosum, & ceteri in terram. Iesus ergo interrogauit eos, Quem queritis? Illi autem dixerunt, Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum: ergo me queritis? Vnde pleretur sermo qui dixit, Quia quoscuque disti mihi, non perdididi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit eum, & abiecit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen serui Malchus. Dixit ergo Iesus Petro, M-</p>
--	---	---	---

CÆ.	S. MATTHÆUS.	S. MARCUS.	S. LUCAS.	S. IOHANNES.
<p>phannes. acibus & is itaq; quæ vent per se, p e dixit en queritis? unt ei, le num. Dix s, Ego sum autem & tradebat Utergo d sum; abin am, & cec terram. I terrogau nem quæ dixerūt, I num. Res ns, Dixi ia ego sum e quærit s abire. V r sermo Quia quor hi, non p eis quæ Simon eg habens gl duxit eum ulsit pon um, & ab iculam ei am. Erat men seruo s. Dixit s Petro, ium toum</p>	<p>est eum. Dixitq; illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accel- serunt, & manus in- iecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, ex- tendens manum, ex- emit gladium suum: & percussit seruum principis sacerdo- tum, amputauit auri- culam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in lo- cū suū. omnes enim qui acceperint gla- diū, gladio peribūt. An putas quia nō pos- sū rogare patrē meū: & exhibebit mihi mo- dō plusquā duodeci legiones angelorum? Quomodo ergo im- plebuntur scripturę, quia sic oportet fieri: In illa hora dixit Ie- sus turbis, Tāquā ad latronē existis cū gla- dijs & fustib⁹ cōpre- hēdere me? quotidie apud vos sedebā do- cēs in tēplo: & nō me tenuistis. Hoc aut̄ to- tū factū est, vt ad pie- rētur scripturę pro- phetarum. Tunc di- scipuli omnes, reli- cto eo, fugerūt. * 143.</p>	<p>cussit seruum sum- mi sacerdotis, & am- putauit illi auri- lam. Et respondens Iesus, ait illis, Tan- quam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehen- dere me? quotidie eram apud vos in tē- plo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scriptu- rę. Tunc discipuli eius relinquentes eū, omnes fugerūt. Ad- olescens autem qui- dam sequebatur eum amictus sindone su- per nudo: & tene- runt eum. At ille re- iecta sindone, nudus profugit ab eis. * 143.</p>	<p>putauit auriculam eius dexteram. Respondens au- tem Iesus, ait, Si- nite vsque huc. Et cū tetigisset auri- lam eius, sanauit eū. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacer- dotum & magistra- tus templi, & senio- res, Quasi ad latro- nem existis cum gla- dijs & fustibus? Cū quotidie vobis- cum fuerim in tem- plo, non extendistis manus in me, sed hęc est hora vestra, & po- testas tenebrarum. * 143.</p>	<p>vaginam. Calicem quem de- dit mihi Pater, non bibam il- lum? * 143.</p>

b 3 Cap.